



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XI. Ritter Arnold Sak und dessen Brüder verkaufen dem Kloster ihre Güter in Damelak, im J. 1339.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

generaliter omnia bona, quocumlibet nomine censeantur, quo cum omnibus suis iuribus idem prepositus suo monasterio comparavit emendo a strenuis viris Johanne et Frederico, fratribus dictis de Osterburch, fidei iurimus et fidem damus, ut supra tactum est, manu iuncta, ipsum ac ecclesiam suam, supra dictos quoque cum eodem promissum recipientes warandare, ipsius quoque cause pre omni impetitione a quocumque vel quibuscumque possibili suboriri eademque bona libera et a quolibet impedimento impetendi penitus inconculsa debere, prout iusticia persuaferit permanere. In cuius etc. — testibus presentibus domino Frederico de Schepeliz, domino Hinrico de Crochern, militibus, Johanne et Hinrico fratribus dictis de Farnow, ciuibus in Kyritz, Waltero notario et Hinrico Wilhelmi, ciuibus in Prisswalch, et aliis pluribus fide dignis. Datum Kyritz anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXVIII<sup>o</sup> feria tertia in festo sanctorum martirum viti et Modesti.

Nach dem Original.

**XI. Ritter Arnold Sack und dessen Brüder verkaufen dem Kloster ihre Güter in Damelak, im J. 1339.**

In nomine domini amen. Ne gestarum rerum memoria etc. Nos Arnoldus sac miles, vritzo sac, Henricus sac et Johannes sac, fratres, ad cautelam futuri temporis notum fieri volumus tam presentibus quam futuris, quod unanimi consensu domino preposito de sancto sepulchro totique conuentui ibidem bona in villa damlake cum omni precaria, cum omni seruitio reali et personali, cum omni fructu, commodo et vtilitate, cum terris cultis et incultis, arboribus, pratis, lignis, piscationibus, aquis, vendidimus cum omni iure et libertate; et nos predicta ad vtilitatem bona eorum tenere volentes donec a nobili domino Marchione perhennem possessionem valeant procurare. Fideiussores quoque huius facti sunt Yo de connigsmarke, Ghizo de connighisberghen et Raghebode, Johannes pinnowe, Heyne de Stendal, Otto de Stendal, qui iuncta manu promiserunt. In cuius etc. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> nono feria quarta post festum Jacobi maioris apostoli gloriosi.

Nach dem Original.

**XII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Heiligengrabe das halbe Dorf Dameland, (Damelak?), im J. 1339.**

Noverint universi etc., quod nos Ludovicus etc. ex deliberatione fidelis consilii & animi nostri mera benivolentia ob dei, genitricis eius reuerentiam, nec non nostrorum predecessorum marchionum brandenburgensium, nostrorum heredumque nostrorum animarum ob remedium & salutem, dedimus et presentibus damus sanctimonialibus cenobii dicti tu den heiligen grabe proprietatem super dimidiate ville Tameland scilicet super quatuordecim mansis & dimidio super omnibus iuribus, pertinentibus & pertinentiis eiusdem, medietate proventuum ipsius tamen ad duodecim frusta reddituum se extendente, prout in suis limitibus dicta villa dimidia sitit situata; renunciamus huiusmodi dimidie ville successioni (d. i. Heimfall), omni iuri et respectui nos heredes & successores nostros attingere potentibus presentialiter seu future, volentes ipsam circa omnibus suis attinentiis predictis sanctimonialibus libere & proprie commanere et perpetuis temporibus ab eisdem possideri ita tamen, quod ipsa villa dimidia et